



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

9. Tanquam universalis &c. De compromisso Regis in Papam tanquam in
privatam Personam super bello cum Galliæ Rege: anno 1298.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74452)

ANN^o
1298.

præfata sedis indulgentia speciali, generali, vel speciali cuiuscunque tenoris vel expressio- nis existat, præterquam præsentibus non ex- pressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri possit . . . vel disferri, & de qua in nostris litteris plenam, & expressam de verbo ad verbum oporteat fieri mentio- nem.

Datam apud urbem veterem Pontificatus no- stri anno tertio.

Post hanc Epistolam hæc sequuntur in MS.

DECRETUM CLERI GALLI- CANI,

De solvendis Regi biennis decimis.

Cum igitur præfato Domino Regi, prout inter cætera liquido patet, à supra dicto Domino Pontifice sit concessum, quod si ipsi vel successoribus ejus pro universali & parti- culari Regni prædicti defensione periculosa ne- cessitas immineret, ad casum hujusmodi se ne- quaquam extenderet constitutio prælibata, quin ipse Rex, & Successores sui possent à Prælati, & Personis Ecclesiasticis dicti Regni petere, ac recipere pro hujusmodi defensione subsidium, vel contributionem, illudque, vel illam Prælati, & Personæ prædictæ præfate Regi, suisque successoribus, inconsulto etiam Romano Pontifice tenerentur, & valerent sub quæstæ nomine, aut alias etiam impediti, quodque necessitatis declaratio ipsius Regis conscientia relinqueretur; cumque præfatus Do- minus Rex vocatis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliis Personis Ecclesiasticis dicti Regni Parisius congregatis, per lecta, & ex- posita sibi concessione prædicta, necessitatem sui Regni evidentem aperiens, & expostulans ei- dem pro hujusmodi necessitate subveniri, in sua declaravit conscientia necessitatem ad præ- sens imminere periculosa, adeo quod à Præ- latis, & personis Ecclesiasticis subsidium, & contributionem petere, & recipere necesse ha- beret pro Regni defensione prædicti, asserens subsidium decimæ biennii reddituum, & pro- ventuum personarum Ecclesiasticarum quatenus eas contigit, etiamsi statim eas solveret, non satis sufficere pro defensione prædicta.

Nihilominus præfati congregati Prælati sub- sidium, seu contributionem hujusmodi instan- tem, & rationabilem existimantes, eam spon- tanea voluntate præfato Domino Regi pro di- cta defensione concesserunt exhibendam, & reddendam, videlicet decimam unius anni in instanti media Quadragesima, & aliam deci- mam in instanti.

IX.
Ex Archiv.
Angl. Rimer
Tom. 2. pag.
817.

De compromisso Regis in Papam tanquam in privatam Personam super bello cum Gallia Rege: anno 1298.

BONIFACIUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, universis presentes litteras inspecturis, salutem & Apostoli- licam benedictionem.

TAnquam universalis Pastor de singulorum salute fidelium sollicitè cogitantes, guer- ris, dissensionibus, & discordiis carissimorum in Christo filiorum nostrorum Philippi Franciæ, & Eduardi Angliæ Regum illustrium, quibus

ANN^o
1298.

dissidebant ad invicem dudum cum amari- catione perceptis ab ipso hujusmodi dissensio- num & discordiarum Principio, studuimus di- versis modis & temporibus, non sine immen- sitate laborum, opem & operam efficacibus studiis adhibere; qualiter eos reducere ad pacem & concordiam valeremus.

Cumque nuper utriusque ipsorum Regum Procuratores & Nuntii fuissent ad hoc ab eis ad nostrum præsentiam destinati quia dictus Rex Angliæ, ac dilecti Filii, nobiles viri Flan- driæ, & Barri Comites, pluresque nobiles de Comitatu Burgundiæ obligati ad invicem, ac ju- ramento fuisse dicebantur astricti, quod super his idem Rex Angliæ, sine dictorum comi- tum & nobilium, iidemque Comites & Nobi- les sine ipsius Regis Angliæ conscientia, & af- sensu, cum dicto Rege Francorum nullam pa- cem facerent vel inirent.

Prædictis Procuratoribus & Nuntiis ejusdem Regis Angliæ, scilicet venerabilibus fratribus nostris, Guilielmo Dublinen. Archiepiscopo, & Johanne Episcopo Vintonien. ac dilectis filiis nobilibus viris, Amedeo comite Sabaudia: Ottone de Grandisone, & Hugone de Ver, militibus, in nostra præsentia constitutis & se nolle dicentibus inter ipsos Reges hujusmodi discordias concordare, vel alias ordinationi nostræ supponere sine prædictorum Flandriæ ac Barri Comitum & nobilium de Comitatu Burgundiæ voluntate.

Tandem dilecti filii, nobiles Viri, Robertus Primogenitus Philippus de Flandria, & Jo- hannes de Naranco, dicti Comitis Flandriæ filii ejusdem Comitis eorum Patris, at- que suo Henricus Comes Barren. suo, & Gualterus de Montefalconis miles, de dicto Comitatu Burgundiæ, suo proprio, & alio- rum de eodem comitatu nobilium prædictorum nomine habentes ad hoc plenariam potestatem, quatenus sua & eorum, quorum erant Pro- curatores intererat, vel interesse poterat quo- modo de voluntate ac expresse consensu prædictorum Nuntiorum & Procuratorum ipsius Regis Angliæ, voluntati, ordinationi, arbi- trari, dispositioni, diffinitioni, arbitrio, sive laudo nostri, tanquam privatæ personæ, ac Benedicti Gajitani, super gueris dissensio- nibus discordiis & controversiis prædicti Regis Franciæ, ac suis, & eorum quorum erant Procuratores, se submittere ac supponere.

Præfatique Nuntii & Procuratores Regis Angliæ postmodum de voluntate ac expresse co- sensu prædictorum Comitis Flandriæ, filiorum & Comitis Barren. & Gualteri de Montefalco- nis nominibus quibus supra, in nos, tanquam in privatam personam & tanquam in arbi- trum, arbitratorem, Laudatorem, diffinitorem, & amicabilem compositorem, super gueris, dissensionibus, discordiis, & controversiis Regum prædictorum similiter compromittere juraverunt.

Et quia in instrumentis submissionum præ- dictarum, inde confectis, de obligatione, astrictione, conscientia, consensu, & voluntate prædictis, præmissio mentio non habetur.

Nos super hoc, has nostras litteras prædictis Nuntiis, & procuratoribus Regis Angliæ, in præmissorum testimonium duximus conceden- das.

Datum Romæ apud S. Petrum secundo Ca- lendas Julii, Pontificatus nostri anno quarto.

Bulla